

SEXTI AVRELII VICTORIS

De

VIRIS ILLUSTRIBVS VRBIS
ROMAE LIBER,

Falso haectenus Cornel. Nepoti vel Caio
Plinio Caecilio inscriptus.

Proca rex Albanorum.

CAPUT I.

Proca rex Albanorum Amulium, & Numi-
torem filios habuit, quibus regnum annuis
vicibus habendum¹ reliquit; &² vt alternis³
imperarent. Sed Amulius fratri imperium non
dedit: &, vt eum subole⁴ priuaret, Rheam Sil-
viam filiam eius, Vestae sacerdotem praefecit⁵:
vt⁶ virginitate perpetua teneretur: quae a Marte
compressa⁷, Romulum & Remum edidit⁸. Amu-
lius ipsam in vincula compegit⁹: paruulos in Ti-
berim abiicit: quos aqua in sicco reliquit¹⁰. Ad
vagitum¹¹ lupa accurrit, eosque vberibus suis
aluit: mox Faustulus pastor collectos¹² Accae
Lauren-

CAPUT I.

1. ita vt hic vno anno, alter altero anno regnaret. 2. si-
mul constituit. 3. vicibus, wechsels-weise. 4. ne filios
post se posset relinquere. 5. fecit. 6. vt in. 7. grauida
facta. 8. peperit. 9. coniecit. 10. qui in sicco manse-
runt, cum aqua defluxisset. 11. clamorem. 12. cum eos
sugulisset.

13. suae,